

CONCLVSIONES

EX LIBRIS DE ANIMA, ET ETHICIS

Quæstio disputanda.

*Vtrum sint aliqui homines suapte natura bene, vel
male fortunati?*

PRÆERIT P. GEORGIVS CABRAL,
E Societate IESV.

Tuebitur Antonius Vaz de Crafto, integro die Iouis o. 21. Martij.



CONIMBRICÆ.

*Ex Officina Didaci Gomez Loureyro Academia
Architypographi.*

Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarij, Anno 1607.

PRIMA CONCLVSI.



ARSEA Philosophiae, quæ anima ad æquatè speculatur, reliquæ omnes antecellit; in rationalis animæ natura complandam præcipue collimat, quin prescriptos obiecti limites transfilat. Qui formalem anime rationem in temperamento collocarunt, ab Scopo longe recesserunt, veritatem Philosophus affectus reverè docuit animam esse actum primum substantialē corporis organici, potentia vitam habentis; ubi nomine corporis organici, materia prima organis affecta significatur. Angeli in corporibus assumptis, vite munia non exerceant; unde animæ definitio nullo pacto ipsis accommodari potest, que tamen ipsius animæ quidditatē rectè explicat, cunctisque animabus vniuoce conuenire, verior sententia affirmat.

CONCLVSI. II.

RACTIONALIS anima intellectua non tantum lumine supernaturali, spirituali creditur, & immortalis, sed etiam physica ratione ostenditur, quod tamen esse veram hominis formam non tollit, per creationem à solo Deo esse fortitudine; unde extra materiam per se coherere valet; inquit quandiu est in corpore ab ipsa omnino independens censemur; proindeque è materiæ simu euocari prorsus implicat, à generante tamen ipsi materiæ vnitur: quam unionem in materia constituendam probabilius opinamur. Omnes animæ intellectuae hactenus creatæ in unam insimam conueniunt speciem; in eodem temporis puncto, quo creantur, in corpore inducuntur. Virum vero individuali dignitate pares sint, apud Philosophos controvèrtitur, recta tamen via incedunt, qui affirmatiuam partem amplectuntur.

CONCLVSI. III.

ANIMAM in communi sumptam in vegetatiuam, sensitivam, & intellectuam apposito Philosophus distribuit, hæc species insima, illæ subalternae iudicantur, omnes sunt diuisibiles. & in suo esse à materia dependent, si rationalem excipias, quæ ab ipsis imperfectionibus immunis suo est spirituali potius. Supra positam diuisiōnem esse generis in suis species, nemo inficiabilis, licet forma vegetativa, & sensitiva, è potestate materiæ euocari depositant, creari tamen à Deo non repugnat, sicut ipsam materiam absq; omni forma conseruari. Definitio illa, qua Philosophus definit animam esse id, quo vivimus, sentimus, loco mouemur, & intelligimus, optimæ censemur; prima per hanc, tum à priori, tum à posteriori in alio, atque alio sensu demonstrari potest.

CONCLVSI. IV.

NON nulli probæ nota auctores cuilibet videnti plures formas inuexere, sed imerito; vna duntaxat anima in quolibet admittimus, quæ in omnes gradus superiores in suo obiectu coceptu formaliter includit, ab ea quinque præcipue facultates, vegetandi scilicet, sentiendi, loco mouendi appetendi, & cognoscendi effectu oriuntur, licet generanti, tanquam causæ principali attribuantur, inter se, & ab anima realiter distinguuntur; illarum tamen specificam diversitatem ab actibus, & objectis desumendam, apud omnes indubitatum est. Potentia sensitiva, quæ animam sensitivam comitantur, passiva, & activa existimari debent: sensus externi numero quinario, interni binario continentur, omnes tamen non solum penes actus, verum etiam organa discriminantur, immancemes eorum actiones, quæ tales, extra unum quemque collocari non possunt; si vero quoad substantiam spectentur, ab uno in alium posse diuinitus transferri, nulla prohibet repugnantia.

CONCLVSI. V.

SENSUS sine speciebus non operatur, tam internus, quam externus quas intensionis, & remissio- nis varietati obnoxias arbitramur, eandem tamen obiecti seruant representationem. Omnes sensus intuituam assequuntur cognitionem, abstractionem vero soli Phantasiae, reliquis nec diuinitus

concedimus. Species materialis naturam communem, vel spiritualē repræsentans, prorsus implicat. Nulla facultas sensitiva circa proprium sensibile communiter sumptum errare valet: obiectum verò absens ab illa percipi, diuinæ naturæ non impossibile, sicut in ipsum tendere per cognitionem, absque speciei impressæ admicculo; omnes sensus necessitate physica indigent spiritibus, ut suas operationes eliceant.

CONCVSIO VI.

IN T E R reliquos sensus externos visus principatum obtinet, circa lucem, & colorem ad equatè versatur, certior omnibns, & charior; in instanti suas promit actiones, ad quas obeundas medium, & obiectum lumine collustratum prærequirit: oppositum diuinæ virtuti fieri non implicat. *Natura organi, in quo appetitus residet aquæ censetur. Visio non p̄t radios ab oculis eiaculatos, sed per species ab obiectis immissas, causatur, in Chr̄stallino humore, non autem in neruis opticis eformatur;* Christallois omnino caret colore, aliqua tamen luce perfunditur; qui Christalloidem anima totius informari assuerant, verius opinantur. *Anima rationalis quatuor tantum vendicat facultates, quas imm ediatè sublinet, agerat scilicet, intellectum, & patientem, voluntatem, & potentiam motuam, haec duæ ultimæ ab illis realiter destinguntur; an verò ipsi inter se idem obtineant discrimen, disputationi committo. Vtrum denique anima rationis alis, absque rilla corporis lassione possit insanire problematice tuemur.*

CONCLV SIO. VII.

A N I M A rationalis à corpore separatio, tum infieri, tum in factō esse, non est ei naturalis, modum existendi, & operandi angelico per quā simillimum in eo statu sortitur; ipsius præsentia in loco diuisibili, in partes ex natura rei distinctas diuisibilis existimanda. Quadruplici facultate rationalis anima adornatur, viroq; scilicet intellectu, agente, & paciente (si ponamus eos distingui) voluntate, atque motu, hec, & agens intellectus transeunter, reliqua immanenter operatur. Eadem numero species, quas intellectus possibilis sensuum ministerio comparavit, in statu separationis retinet, & conservat; plures tamen ipsi à prima causa infunduntur. Virū verò aliquas ab obiectis acquirat, problematicè tuemur. An deniq; darī queat status homini conaturalis, in quo intellectus sine dependentia à sensu intelligere possit, in questionem vocari i potest, in qua optionem damus arguenti.

PRO ETIACIS.

VIII.

H V I V S vita felicitas naturalis duplex est, altera practica, quæ vita actiua finis est, altera contemplativa, quæ est vita contemplatiua finis; hanc perfectiorem esse, quam illam autem amamus; utrāque tamen Aristotelica definitio comprehendit, quæ ita habet. Felicitas est operatio animæ per rationē, aut non sine ratione, secundum virtutem in vita perfecti. Appetitus sensitivus in irascibili, & concupisibili diuiditur, uterque est corporeus, uterque in corde residet, quomodo inter se discriminantur dubitari solet, placet eorum sententia, quæ inter illos distinctionem realem admittit. Vnde concupisibili appetiti variæ attribuuntur operationes nimirum amor, desiderium, ac delectatio respectu boni, odium, fuga, & tristitia respectu mali; quæ verò ad bonum difficile, vel malum ordinantur in irascibili collocamus.

CONCLV SIO IX.

M Alitia, & bonitas humanorum actuum ab obiecto, non secundum suum esse naturale, sed ut conuenit cum recta ratione, vel ab illa deflectit, peteda est, utraque tamen non formaliter, sed materialiter in actibus appetitus inuenitur, ad cuius passiones potissimum cohibendas tres virtutes morales comparantur, iustitia scilicet, temperantia, & fortitudo; Licet habitus fortitudinis, ac temperantiae in appetitu resideant, propriæ tamen virtutis rationem non vendicant, quæ solùm in actibus, & habitibus voluntatis reperitur. Ad naturalē rationē, & sünderesim spectat virtutibus moralib; finē præstigiare. Ad prudentialiter vero de medijs disponere, dirigendo scilicet virtutes morales circa media, ad earum fines obtinendos accommodata.

Questionem dirimit oitaua Conclusio.

